Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

+ Quid habuisti in corde infra istum vehiculum: et tu puer propheta Altissimi vocaberis? Ad quod iterum respondit: Sta ac cum est tot mensuri in illa hora ad memoriam sancti Joannis Baptistæ, quem diligo, ut vix me capere possem pro gaudio. Et cognovit Prior, quod flamma eadem signum fuisset vehementissimi amoris de corde adolescentis in cælum ascendentis. Dein c. 51, duarum Monialium Parthenonis Lutterensis contentionem narratur: quarum altera s. Joanni Baptistæ, altera Evangelistæ erant præcipue devotæ, deque illorum majoritate contendebant. Nocte quadam ante Matutinas S. Joannes Baptista sua dilectrici in somnis apparens sic ait. Soror, noveris, S. Joannem Evangelistam mihi æqualem esse. ----- Dictis vero Matutinis cum se altera sopori dedisset, S. Joannes Evangelista per visum adfuit, et subsensu verborum horum suam allocutus est dilectricem. Soror, scias, beatum Joannem Baptistam longe majorem esse me. Inter natos mulierum, teste Christo, non surrexit major illa Hoc Propheta et plus quam Propheta. Ab Angelo est annuntiatus; a sterili matre contra naturam concretus; in utero supra naturam sanctificatus; in eremo sine omni peccato conversatus. Quod de me dici non potest: qui lucris inhians inter seculares seculariter vixi. --- Unde rogare debes sororem tuam ante Magistram tuam, et prosternere te pedibus illius, sique eam rogare, ut tibi ignoscat, quod toties illam exacerbasti; me contentiosæ Prænuntiari Domini proferendo.

129) Manriques Annal. ad an. 1230 c. 7. Guido, [illegible] fuerat antecessor Guidonis II in Cistercio, et Dom[illegible] cessor ejusdem in sede Prænestina an. 1206.

130) De B. Ida Manriques Annal. ad an. 1214 c. 11; 1225 c. 5; 1230 c. 8; 1231 c. 4. Henriques Mart. 11 Decembris.

131) De B. Elisabetha plura vide infra ad C. X. Guillelmi vero resignatione et obitu Manriquem t. I in serie Abb. Cisterc.

132) Extat in Bibliotheca Stamensi geographica de Bartholomæi Tridentini ad Ignotum Episcopum Brixinensem; ubi quæ sic incipit: Venerabili in christo patri domino E. dei gratia Brixinensi Episcopo, nonnullis majoris Eulesiæ, et Novacellensibus, simplicibus ejusdem Eulesiæ, frater Bartholomæus tridentinus ordinis predicatorum fratrum, se ipsum in omnem devotionis. Post gloriosum triumphum facto quem sibi laudabilis constantia cesaris adquisivit subito incognitabili victoria in mari habita fuisse deus terre et maris comprobetur felicii cesari subjectum esse. Nam dum prænestinus Episcopus legatus sedis, et Otto Cardinalis legatus Anglie, et dominus Gerardus de Romagna, legatus Jaune, cum Rothomagensi, Portegalensi, Archiepiscopis, et Mediolanensi, Episcopis, Agathensi, Nymathensi, Carthaloneensi, Episcopis, Capicensi, Asiensi Episcopis, Cuniacensi, Episcopis et Abbatibus, Prioribus, Prelatis, nunciis procuratoribus prelatorum numero ultra centum Ambassagionibus civitatum rebellium Lombardie et bine quatuor Millibus Janensium, cum triginta galeis (i.e. triremibus) ad Concilium properarent, in Inventione sancti Stefani circa horam Nonam, inter Insulam Gylio et Monte Christo Pelienem dominii galearum Regnum Siciliæ ipsis potenti virtute occurrerunt, et tribus Janensium galeis in profundum maris submersis, reliquis galeis cum predictis prelatis et hominibus et magna copia thesauri, ceperunt, et in civitatem victoriosi domino Cesari contulerunt, et.

133) Manriques Annal. t. I in serie Abbatum. Henriques in Privil. Cisterc.